



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Billomensis n. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

manus. Experti enim sumus benignissimi Domini, quas habeat vires recta institutio; quæ sit horum hominum doctrina, & facultas. Paucis apud nos fuere mensibus, & iam pueri nostri alij sunt, longe quam ante modestiores, domi, ac foris quietiores, maiorum obseruantiores, suis longe magis obsequentes, longeque magis cum laudis, tum literarum amantes. Nos æquitate causæ, Equitis Quadri sapientia, eius facti gloria, ad hæc iustitia, & benignitate Vestra freti, quas hanc ob rem subiimus vel ærumnas, vel impensas recte arbitramur positas; vt in tanto beneficio, & Quadri, quod primum contulerit; & Vestrum omnium, quod restitueritis, ex æquo apud nos, nostrosque posteros memoria immortalis viuat.

Hæc Pontanensis Ciuitas per Legatos suos in Societatis, & Sociorum commendationem immortalem: In Eadem Par. 2. Hist. Soc. lib. 5. à num. 99.

5. A BILLOMENSI: *qua tota cum Consulibus ita ex animo Collegium apud se habere desiderabant, vt dimissis per Auerniam omnem probatis viris, testimonia multa de probitate hominum Societatis, quamque utiles, atque adeo necessarij forent, conquisierint, que tredecim è præcipuis Auernorum Ciuitatibus luculenta, & plena ingentium laudum scripta protulere. Addiderunt disertè nobiles, Nisi Rex vellet omnes Auernos vel Hæreticos fieri, vel inscitia obrui, necessarium esse, Societatem admitti. Dum autem ad Cardinales Lotharingum, atque Turnonium supplicem super ea re libellū Billomiei deferrent, lumina illa, & propugnacula Ecclesie Gallicana letissimè accepto libello addidisse Orationē talem feruntur. O vos Beatos, quos diuina Maiestas temporibus his horum Virorum dono dignata est! Tenete vos quibus concessum est. Amplexamini Sodalitatem hanc Iesu Christi, & vestigijs eius ac monitis inhærete. Nos, & vestronomine, & pro officio nostro dabimus operam, vt Gallia tanto Dei munere nequaquam priuetur. Ita Ibid. lib. 5. num. 195.*

Societas maxime necessaria, ne multi, vel inscitia, vel heresi obruantur.

Illi frui pro Dei munere habendum.

6. AB ASCVLANA. *In agro Piceno Ciuitate celebri, celeberrimum extat Testimonium, datum anno 1613. Kalendis Octobris ad Pau. V.*